Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tem. Ecce nunc offero primitias
frugum terræ quam dominus dedit
mihi. Et dimittes eas in conspectu dni
dei tui. Et adorato domino deo tuo
epulabis in omnibus bonis tuis a
dominus deus tuus dedit tibi. Et do
mum tuam tu et levites et advena qui
tecum est. Cum ergo impleveris decimam cu
ctarum frugum tuarum anno decimarum
tertio dabis levitæ et advenæ pupillo
et viduæ ut comedant intra portas
tuas. Et saturentur. Et loquaris in conspectu
dni dei tui. Ablata de sanctificatum est de
domo mea. Et dedi illud levitæ et ad
venæ pupillo et viduæ sicut iussisti
mihi. Non præterii mandata tua. Nec fui
oblitus imperii tui. Non comedi ex
eis in luctu meo. Nec separavi ea in
libis immundis. Nec expendi ex hinc
quicquam in funere. Obedivi voci domi
ni dei mei. Et feci omnia quæ præcepisti mihi.
Respice dne de sanctuario tuo. Et de excelso
celorum habitaculo. Benedic populo tuo israel
et terræ quam dedisti nobis sicut iurasti
patribus nostris terram lacte et melle manantem.
Hodie dominus deus tuus præcepit
tibi ut facias mandata hæc atque iu
dicia. Ut custodias et impleas ea to
to corde tuo. Et ex tota anima tua. Do
minum elegisti hodie ut sit tibi deus.
Et ambules in viis eius. Et custodias
cerimonias illius. Et mandata eius
atque iudicia. Et obedias eius imperio.
Et dominus elegit te hodie. Ut
sis ei populus peculiaris sicut locutus
est tibi. Et custodias omnia præcepta
eius. Et faciat te excelsiorem cunctis
gentibus quas creavit in laudem et
nomen et gloriam suam. Ut sis po
pulus dni dei tui sicut locutus est.
Præcepit autem moyses. XXVII.
et seniores israel. populo dicentes.
Custodite omne mandatum
quod præcipio vobis hodie. Cum ergo tran
seris iordanem in terram quam dns de
tuus dabit tibi. eriges ingentes la
pides. Et calce lenigabis eos. Ut possis
in eis scribere omnia verba legis huius.
Iordane transmisso. Ut introeas ter
ram quam dominus deus tuus dabit
tibi. Terram lacte et melle manantem.
sicut iuravit patribus tuis. Cum ergo
transieris iordanem. Erige lapides quos
ego præcipio tibi hodie in monte hebal.
et lenigabis eos calce. Et edificabis ibi
altare domino deo tuo. De lapidibus quos
ferrum non tetigit. Et dolabis in for
mis. Et ipsis. Et offeres super eo
holocausta dno deo tuo. Et immolabis
hostias pacificas. Comedesque. Et epu
labis coram domino deo tuo. Et scribes
super lapides omnia verba legis huius
plane et aperte. Dixeruntque moyses
et sacerdotes levitici gnis. Ad omnem
israel. Attende et audi israel. Hodie
factus es populus dni dei tui. Audies vocem
eius. Et facies mandata atque iustitias
quas ego præcipio tibi. Præcepitque
moyses populo die illo dicens. Hi
stabunt ad benedicendum populum super
montem garizim. Iordane transmis
so. Symeon. Leui. Iudas. Issachar. Io
seph. Et benyamin. Et ex regione isti
stabunt ad maledicendum in monte
hebal. Ruben. Gad. Et aser. Zabulon.
dan. Et neptalim. Pronuntiabuntque le
vitæ dicentes ad omnes viros israel
excelsa voce. Maledictus homo qui fa
cit sculptile et conflatile. Abhominatio
nem dni. Opus manuum artificum.
ponetque illud in abscondito. Et re
spondebit omnis populus et dicet amen. Ma
ledictus qui non honorat patrem suu
m et matrem suam. Et dicet omnis
populus amen. Maledictus qui transfe
rit termos proximi sui. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui fecit cecum
errare in itinere. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui perverterit iudicium
advenæ et pupilli et viduæ. Et dicet